



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XLIV. Gratiae de sui naturâ præjudiciales, prout est unio exemptio
& similes non requirunt derogationem regulæ, de jure quæesito, non
tollendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XLIV.

Gratiæ de sui naturâ præjudiciales, prout est unio, exemptio & similes non requirunt derogationem regulæ, de jure quæsito, non tollendo,

Illustrissimo Seraphino.

Illerden. Præminentiarum.

Mercurii 26. Junii 1602.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia Collegiata est dignior Parochialis.
- 2 Ecclesia matrix erecta in collegiatam, perdit mairicitatem.
- 3 Qui est dignior, præcedere debet.
- 4 Clausula, sine alicujus præjudicio, in erectione in collegiatam, posita, intelligi debet respectu aliorum non expressorum.
- 5 Regula de jure quæsito non tollendo, non habet locum in gratia de sui natura præjudiciali, prout est unio, exemptio; erectio; & similes, in quibus non potest dari de ignorantia Pape, vel de subreptione, ut unio sequenti.
- 7 Mutato statu Ecclesia, mutatur quoque & ejus effectus.

Fuit conclusum Priorem, & Canonicos Collegiatae S. Stephani, præcedere debere Priorem, Vicarium, Portianarios, & beneficiatos Ecclesie Parochialis de Romeral, in casu, & ad effectum, de quo agitur, nam Ecclesia collegiata est dignior, ut tradit *Alexandrum in cap. fin. S. Episcopus 17. distinc. 3. Henric. Boich. de synod. Episc. par. 3. in princ. num. 28. Cassan. in Cathal. glor. mundi 18. consigna præminentiarum coram Reverend. P. D. meo Justo 6. Novembris 1600.* ubi ceteri citantur. Non obstant deducta in contrarium, nam quod primo loco dicitur Eccle-

Est in seraphino decisi. 1441.

Handwritten notes in the left margin, including "E. T. A." and other illegible characters.

Ecclesiam B. Mariæ de Romeral. esse matricem, eique fuisse aliàs à Rota datum mandatum de manutenendo, ut majori, & insuper pronuntiatum eam esse matricem, & majorem omnium Ecclesiarum Oppidi Montifsoni, & ad eam tanquam ad matricem spectare omnia privilegia, & prerogativas, & exemptiones, quæ de iure, & consuetudine illarum partium competunt Ecclesiis matricibus, & majoribus; quia cum ista Ecclesia S. Stephani à fel. rec. Paulo III. fuerit erecta in Collegiatam, utique in consequentiam majoris dignitatis. *Aym. consil. 149. num. 11. & fuit per hoc præjudicatum iuribus matricitatis, quatenus est matrix, prout si una Ecclesia erigatur in Episcopatum, consequens esset, ut locum fortiretur, qui debetur Episcopalis Ecclesiis; nam, qui est dignior, præcedere debet. L. honores. Sibi glos. & Bare. C. de decur. l. unicus que C. de practi. sac. serm. lib. 12. Tirag. de jur. primogen. in prefat. num. 175. & de legib. connub. gl. 7. num. 8. & 9. & hoc ad evitandam indecentiam. Non obstat sententia, quia tunc temporis non fuerat doctum de erectione in collegiatam, & respicit tantum iura matricitatis: mandatum verò de manutenendo respicit solum possessorium, non autem petitorium, quod nunc in causa deducitur, & super quo est pronuntiandum. Non obstat clausula sine alicuius præiudicio, in erectione appolita, quia debet intelligi respectu aliorum non expressorum. *Rebus. in practi. de erection. in colleg. ad finem. & habetur in extravag. 2. de concess. preben. Oldrad. cons. 330. in fine Sarnens. de iure quasi. non toll. q. 1. prope finem. Nec obstat, quod regula de non toll. derogatum non fuerit, quia non procedit in gratia de sui natura præiudiciali pro ut est unio, exempti, o erectio, & similes, in quibus nõ potest de ignorantia Papæ, aut de subreptione dici, ex quo Papa scit per similes actus alicui semper præiudicari, & ita fuit resolutum coram me in causa Nullius, de stipa 19. decembris 1586. & in Ofen. indulti 10. decembris 1599. coram Mellino. Neque obstat decisio Syracusana coram bon. mem. Bubalo. quia ibi subreptitia erat gratia, ex quo Papa non intellexerat factum, ex quo oriebatur præiudicium.**

Postremo non obstat consuetudo præcedendi probata, per Ecclesiam Parochialem; quia si inspicimus priorem sententiam de partibus, cuius vigore fuit data alternata præcedentia matrici, ea præservat jus Ecclesiæ S. Stephani; si verò attendimus tempus post sententiam Rotalem, & mandatum de manutenendo, illa possessio non debet haberi in consideratione, quia fuit introducta in vim sententiæ & mandati, quorum ratio non est habenda in petitorio, non enim introducta est ex partium tacito consensu. Consuetudo verò ante erectionem non facit ad rem, quia mutato statu mutat jus, & ejus effectus, & ex his conclusum pro collegiata.

DECI-